

perest, diuide etiam 108. per 24. exeunt 4. & supersunt 12. igitur requirentur vnciæ 4. d. 12. & ita patet. quod talis perfectio humanam imitatur conditionem, quoniam quanto perfectius tantò difficilius labes emendatur, vt solo igne ad veram perfectionem quod imperfectum est deduci possit, erit igitur postmodum aurum totum vñz. 28. d. 12.

2 Quæstio secunda Dixit alius habui aurum perfectionis char. 15. ponderis vnciarum 14. deinde miscui aurum nescio quantum nec cuius perfectionis, sed perfectio erat maior in char. 5. plus vnciis, & nunc totum est

| |
|--------------------------------------|
| oñz. 14. char. 15 |
| oñz. 1. co. char. 1. co. p. 5. |
| Pondus 336. p. 24. co. d |
| Perfectio 210. p. 1. ce. p. 5. co. d |
| 336. p. 24. co. d |
| 18 |

| |
|----------------------------|
| 6048. d. p. 432. co. d |
| 210. p. 1. ce. p. 5. co. d |
| 24 |

d. 5040. p. 24. ce. p. 120. co. d

char. 18. quæritur pondus & perfectio additi posse pondus additi 1. co. igitur perfectio erit 1. co. p. 5. multiplica per modum primæ regulæ fusionis quæ est ante primam regulam consolationis vnc. 14. in 24. denarios, sient 336. d. multiplica 1. co. vnciarum in 24. co. d. & similiter dic vnc. 14. continent char. 15. pro singulis siue d. nihil refert, duc 15. in 14. fiunt 210. & similiter duc 1. co. p. 5. in 1. co. fit 2. ce. p. 5. 5. co iunge pondera & perfectiones sient 336. d. p. 24. co. d. in pondere, & 210. d. p. 1. ce. p. 5. co. d. in perfectione & hoc totum debet esse ad perfectionem 18. char. quare nota regulam quod ducta tota perfectione quæ est 24. in perfectionem quæ est 210. d. p. 1. ce. p. 5. co. productum debet æquari ductui perfectionis quæ sita in totum pondus, multiplico igitur 24. in 210. p. 1. ce. p. 5. co. d. & fiunt 5040. p. 24. ce. p. 120. co. d. æqualia 6048. d. p. 432. co. d. igitur reduces ad censum vnum sient, vt vides tandem 42. d. p. 13. co. d. æqualia 1. ce. igitur per capitulum res posita valuit

| |
|-----------------------------|
| 252. p. 18. co. d. |
| 210. p. 1. ce. p. 5. co. d. |
| 42. p. 13. co. d. |
| 1. ce. |

Æ. 84. $\frac{1}{4}$ p. 6. $\frac{1}{2}$ vnciarum quia tantumdem valet co. d. in d. igitur 1. co. vnciarum posita valet tantumde in vnciis, & perfectio fuit Æ. 84. $\frac{1}{4}$ p. 11. $\frac{1}{2}$ char. proba & videbis, & nota quod vt dixi possit quæstio aliquando esse impossibilis, & tunc vel æquatio non veniet aut veniet maior quam 24. char. quod esse non potest.

3 Quæstio tertia quidam habuit aurum perfectionis d. 20. ponderis vnciarum 40. & accepit partem eius & reduxit ad perfectionem d. 23. deinde miscuit residuo & facta est massa perfectionis d. 22. quæritur quanta fuit pars primo detracta & quanta

Tom. I V.

erit massa Similem proponit Frater Lucas & nota quod aurum in affinatione necessarium crescit vel decrescit, crescit cum additur aurum purum vt in exemplis superioribus, decrescit cum affinatur ad copellam siue examen. nam aurum & argentum his duobus modis affinantur siue purificantur, pone igitur quod pars detracta sit 1. co. reduces ad perfectionem d. 23. per regulam secundam & erit vt pro qualibet vncia impuri requirentur vñc. 3. puri igitur pro 1. co. impuri requirentur 3. co. puri fiet igitur totum aurum oñz. 40. p. 3. co.

| | |
|----------------------------|-------|
| 1 co. | purum |
| 20 | 24 |
| 1 | 23 |
| oñz. | |
| 40. p. 3 co. d. 22. | |
| 40. d. 20. p. 3 co. d. 24. | |

in pondere perfectionis d. 22. funde, id est, multiplica perfectionem in pondus & sient 880. d. p. 66. co. d. auri puri & similiter funde oñz. 40. perfectionis d. 20. fiunt 800. quibus adde 3 co. auri sient d. 800. p. 72 co. d. æqualia 880. d. p. 66 co. d. igitur detrahe vnum ex alio sient 6 co. d. æqualia 80. d. quare 1 co. d. valet $13\frac{1}{3}$ d. auri & ita 1 co. oñz. valet oñz. $13\frac{1}{3}$ auri igitur pars detracta fuit $13\frac{1}{3}$ & aurum additum fuit oñz. 40. & tota massa fuit oñz. 80. & hic modus est longè facilius modo Fratris Lucae vt apparet sine comparatione.

CAPVT XLII.

De Proprietatibus Numerorum mirificis.

Non potui vnquam persuaderi vim aliquam numeris inesse quod etiam in octauo Astronomicarum considerationum Galenum secuti confessi sumus, at postquam Ptolomæum magne compositionis non vidimus demonstrantem superioribus Planetis Saturno, Ioui, Martique hoc cum Sole esse commune, vt reuolutiones eccentricorum ac epicyclorum simul iunctæ reuersionis tempore, semper implent numerum reuolutionum Solis. Vnde cum Saturnus in 59. reuolutionibus Solis ad idem reuertatur, duas in eccentrico & 57. in epicyclo, & ipse peregit reuolutiones: sic & Iupiter in 71. reuolutionibus Solis reuertitur ipse verò 6. in eccentrico 65. in epicyclo peregit. Mars in 79. esset redit 42. in eccentrico 37. in epicyclo perficiens circuitus, & licet superatio aliqua intersit communis tamen est: vnde partes etiam in temporibus aliis à restitutione numero conuenire necesse est: cum verò in his quantitatis continuæ aut proportionis nulla possit ratio assignari, sed solius numeri æqualitas dicemus Deum maxima numeris alligasse. Vnde nec in minimis potestatem obtinere negandum erit.